tanak, mellyet hasonló állapatban az előttem és vélem
holgálo említett Tiszt: Atyákkal tselekedtenek. En
együggyü el szemérmes ember vagyok. Önként várt am
a' mi Jesukrist egy fillérjében sem állott volna, és igen
a' dolgot nem urgealtam. tudván hogy az Isten bír a' szi-
vekkel. Végre a' leg öregeb Együtt Sonki Sámuel
Uramtol tsak azt irtam a' D. Tanátsnak. Tsak
bár ezt a' tiszteséget tegyék vélem, hogy a' pergem
itas felöl egy két sorból álló leveletskét adni ne
lajnállyanak, hogy még is ne tsúfoltassam másoktól
a' nagy szerentse el botsátásért. de ez is szépen
tsak el hallgattatott.

Mindemek okául nem vetem sem az egés
kösséget, mert annak magamhoz mindenkor jó szivét
tapasztaltam, sem mind a' beszületes Elöljárokat; ha
nem tsak kiváltképpen két jámbort, kiknek magok
szavaikból tapasztaltam ejtő dologban hozzám való
kedvességeket. Az egyik már meg holt; és halálá lé
gyen Istennek érette, hogy hoszszas betegségében
hozzája e nem jó indulatért sok lelki jót szer
hettem. meg is bánta keserűvessen ez hozzám mu
tatott hálátlanságot. sokszor meg követett, és
annak okát a' népszikra vetette. Adjon Isten ennek
is jót érette. V. Az mondom azért a' Pidó nép
mellett illy forma dolgokban sokat fáradott Ne he-
miással: Emlékezzél meg én rólam én Istenem, né
kem jóllra, és mind arokról, mellyekre én e néppel te
tettem. Nehem. V. v. 19.

V. meghalt az és halálos ágyában szelis hasonlo, predikato zi officiumot praestalam. Atyafiak arra hogy tehettem.

Livor post fata quiescit. Talán lés
rek idövel, a' maradék közül, kik ezeket értén
és olvasván maradékimol meg emlékeznek, és a'
mit adjon az Isten, vélek jót tenni kivánnak.

Vége ezen Tractátnak. Már altalmégyek
más emlekezetes dolgaira ezen Ekklésiának.

Adnotationes IIda

De jure et antiquo usu Ecclesiæ Vásárhelyien sis, circa malefactores ad Supplicia damnatos.

Ecclesia hujus V. D. Ministris ac Pastoribus semper integrum fuisse, malefactores, tam in foro Comitatus, quam Dominali ad Supplicia damnatos nullo resistente statim a' lata sententia accedendi; iisdemque spiritualia officia præstandi, tandemque ad locum usque Supplicii comitandi, tam a majoribus nostris accepimus; quam Statui hujus Ecclesiæ antiquo conveniente credimus. Primævo Ecclesia Romano Catholica hoc oppido adhuc recente, et parochiali Plebano circa Annum 1725 demum, primum introducto: ne lis quidem noverit nostratibus de usu ipso potuit, remisse existente hoc, qui quocunque titulo usum illum ad se pertinere adseverarent. Immo, toto primitive verendi Plebani Patris Dene hoc habitatorio tempore, pluribus annis constante, uti et Successorium, usus ipse in nullam vel minimam controversiam adduc batur. Et ex parte quidem fori Dominalis, in quo nulli servitii affidet solent, in usu recepto regnæ quiescunt impediti: Verum in Congregationibus Inclyti Comitatus suas sedes et vota habentibus etiam Clericis, tandem usu ipso cedere, eunque Rom: Catholico Plebano permittere, obtentu alicuius Regii intimati interpellari ~~capti fumus~~, deinde et a Baronesse carceris, et deductione ex oppido die ejusdem ad carceri, cosdemmodo nobis servato: ut extra oppidum nostrum Supplicio afficiendis junctæ eosque inde ad locum Supplicii comitari possimus.

Accedit

Accidit igitur fatali isto Anno 1753, pri
us equidem, quam turbæ Superius descriptæ natæ essent,
ut Malefactor quidam, hujus nomine Johannes Posztós, juris-
dictioni Inclyti Comitatus Subjectus, neci damnaretur.
Toto triduo, quod illi post latam Sententiam supererat,
accedere tandem nobis Pastoribus penitus interdictum
fuerat. Accessus sæpissime tentatus; sed nulla ratione
impetratus fuit. Scilicet Vir misellus Helvet: Confessi
oni addictus, per tres illos dies incessanter ad amplecten
da Sacra Rom: Catholica modis omnibus sollicitatus erat;
sed is in Religione sua perstitit firmissime. Supremo
die quo ad Suplicium ferendus erat, ego in atrium
carceris me conferebam, tentaturus adhuc si quo pa
cto impetrare possem, ut me illi adhuc in oppido Comi-
tem adjungerem. Cum in eodem atrio a Carnifici
bus vinciretur, deindeque illinc eductus Currui
adponeretur, videns me suæ Confessionis Pastorem
esse præsentem, multum congemuit, lachrymansque
impense rogavit, ut currum conscenderem, ipsius ani
mæ in extrema hac hora oppitulaturus. Francis
canus quidam, Szegediensis Monachus adhærebat mi
sello homini, quem ego cum omni modestia rogaveram:
ut jam tandem a reo recederet, videns eum nolle
relligioni suæ renunciare, et Romano Catholicam
amplecti. Bonus Monachus, pro placidis meis
verbis pro sua quidvis fandi libertate, mihi
Sarcasmos et sesquipedalia Verba reddebat; seque
Sacerdotem, me vero duntaxat Prædicantem
cum insigni fastu dictitabat. Quo facto plaustro
insedit, negavitque omnimode se mihi permissurum
cum malefactore ex oppido exitum.

Hæc ita agi videns dictus Johannes Posztós
Malefactor, qua erat misellus indole, vehemen-
ter excanduit, Monachumque primum quidem pla
cidis verbis rogavit ut curru descenderet. Quod
dum

Monachus facere nollet, infelix Posztós ad Convitia
prorupit, hunc in modum: Szálly le --- Atta, teremtet-
te baráttya. nem kellesz énnékem. Az én Papom üllyön én
mellém, az imádkozzon én vélem. Cum neque ad hæc
cederet Monachus, ad Circumstantes magno numero equites
vertebat se Posztos, illos his verbis cum miserando
clamore affatus: Edes lelkeim Ne hagyjatok halá
lom oráján. Szakasszátok ketté az illyen attát. Ehol
nem imádkozhatom miatta. Non mirum si cir-
cumstantium quidam, præsertim Malefactoris (: ut opi
nor saltem:) amici ac cognati, moribundi hominis quæ
relis commoti, ac ab affectibus abrepti infremuerunt,
Curruique propius accedentes, hinc inde, rustico more
ingeminarunt: Szálly le barát. Szálly le barát.

Tunc demum bonus Monachus, sine cunctati-
one, curru desiliebat, et majori quam oportebat
metu perculsus, sub penulam meam quâ (: tempus
erat pluviosum:) tectus eram, semet recipiebat,
veritus, cuius ne umbra accidisset, se a rusticis
male multandum fore. Ego interim homines oppida
nos, quibus intermixti fuerant, etiam Rom: Catholici, alta
voce adhortatus sum, ne vel minimam sive verbo sive
facto injuriam Monacho facere auderent. Quo pa
cto omnes sedati sunt.

His ita gestis, Jur: Adsessor Inclyti Cottus,
cui Sententiæ declaratio demandata fuerat, Dnus An-
dreas Balog, et Judex oppidanus Dnus Michaël
Bathori, mihi libertatem dabant currum conscen-
dendi, et comitandi moribundum ad locum supplicii.

Monachus, indigne ferens, se voto potiri non
potuisse, factum hoc innoxium in malam partem
interpretatus est: Oppidanosque nostros tam Inclyto
Comitatui, quam suo Conventui isto nomine de
tulit, quasi vitæ ipsius fuisset insidiatum. Nec qui
everunt boni Vicini, Monachi Szegedienses, do
nec

sinistris informationibus plurima loca complerent. Rumor hic proceribus quoque Regni innotuit, et Dño Michaeli Báthori in Concissime Budensi meo Judici, in Concissime Budensi Tantum peafa nomine rebellionis objiciebatur. fio valuit, ut desuper ista re, per Comitatum diligens inquisitio perageretur, Monachis satisfactionem vehementer urgentibus.

Ego ista occasione ad Guardianum Segediensium Franciscanorum sequentes literas exaravi

Reverende Pater!
Vigilantissime Guardiane!

Postquam abunde intellexissem permultos, eosque veracitati contrarios rumores spargi, de facto isto quod inter nos contigit, die isto, quo bini malefactores, ex communi to eximiis supplicio darentur: meorum partium esse duxi, casum illum, qui inter bonum Virum, Ordinis S. Francisci Monachum, malefactorem item nostra religioni addictum; oppidanorum denique nonnullos ea occasione acciderat, Reverentiæ Vrę vere et genuine prosequere, qui ipse, omnium illorum, quæ tunc hinc inde gesta sunt, spectator auditorque extiti. Illud certum est: non differa te ut credo Revdo isto Viro, quod nos Suam Dnationem reverendam crebris petitis et quidem cum omni modestia ad recedendum a dicto reo sollicitaverimus, quibus si paruisset, nihil omnino adversi fuisset eventurum.

Cum vero cursum, quo reus vehendus erat, nullo n.b. e nostris retinente ac impediente consecendisset: ipse reus, Reverendum monachum, primum quidem lenibus verbis ad desistendum sollicitabat: sed cum ita non impetrasset, mox convitiis lacessivit; altero pede quem liberum habebat impetivit; tandem circumfusam plebem hunc in modum adlocutus est: Ne hagjatok belőlem halálom okáján. Vesszek le ez ilyen átfat. ehol nem imádkoznak miatta.

Quis quæso mi

miretur, si damnati hominis, omniumque per naturam commiseratione digni verbis talibus, nonnulli ex incauta plebe, qui potissimum cognati illius fuerant, commoti, Reverendum Monachum, non omnino aliis mediis, quam verbis istis: Szálly le barát cohortati fuerint? Quid jam in hoc passu Reverendum Monachum facisse oportebat, immo, quid adhuc ante consilii capessendum fuerat, quam res eo deducta esset: illud ego Tuæ Vitæ Venerande considerandum committo prudentiæ ac dignæ tanto fastigio dignitati. An obsecro convenichat miserum hunce reum, toto quatriduo ad Sacra Rom: Catholica amplectenda compulsum, nihilominus hucusque renitentem, et jam jam vindici subjiciendum gladio, amplius adhuc fatigare? Certe in tali Statu pavoris et conturbationis pleno, vel optime religionis amplexus, rationali ac convictivo modo Statui non potest. An porro instituto hominis Religiosi dignum censendum, homini ad portam Æternitatis constituto ad blasphemandum Sacro Sanctum Summi Numinis Nomen (: prouti hic factum:) occasionem præbere? An denique decebat illi, e cuius vitæ spatio vix horula una superverat: viam ad pacem precandum hoc modo præcludere? Certe si quis, omnium maxime Tremendus Deus in Scena illa latus est, illis, quorum interest propitius reddendus. Reverendo Monacho ne pilus unus capitis delapsus est; neque illi a quoquam (: Deum Scientiarum testem!:) ullo modo structa fuit insidiæ. Hæc ego, nullo certe hac in parte Sectæ vel diversæ religionis Studio acres, neutriquæ partis fautor. Sed ut nervus duntaxat homo Christianus, ex ipsissima æqui et justi ratione Reverentiæ Vræ in privato notificanda censui; eandem humillime rogans: Ut ex parte Rev. Dni Monachi nostros hos componere fluctus, nostramque erga S. Conventum amicitiam tueri dignetur.

Reverentiæ Vræ

Servus ac benevolus humillimus
Petr. Pázmány. V.D. Minister
Reformatorum Visitatorius.

Post has literas An. 1753. Mense Aprili Scriptas, complures ex Dni Monachi Segedienses, nihil adversi contra nos moliti sunt, et ad amicitiam redierunt.

Per hæc

Per hæc nihilominus cum Rev: D. Monachis acta nondum sopita est controversia illa in materia male factorum Supliciis afficiendorum, eorum tam frequentationem quam comitivam et Inclyto Comitatu nobis prohibente, et Dno Rev. Plebano sibimet vindicante. Itaque ad Excellentissimum Dnum Terrestrem recursum fuit, qui ad nostram Instantiam, hoc responsum dare dignatus: Id se nobis hac in re faciendam permittere, quod Kerskemétini usu venit. Itaque legatis nostris hoc percontatum eo missis, illinc edocti sumus, ibidem ab omni memoria imperturbatum et liberrimum fuisse V. D. Ministris accessum, et hodienum etiam esse, ad Confessionis Suæ Malefactores, eo excepto, quod dum et quando eveniat, ut Parochus Rom: Catholicus primus accedat reum si lubeat, eundem brevissimo duntaxat temporis spatio ad Religionis permutationem probaturus.

Hoc exemplo suffulti nosquoque, ex benigno indultu Domini nostri Terrestris in antiquo usu perstitimus, usque ad Annum 1761. Cum Illustr: Eppus Vátziensis, tanquam Diœcesanus has oras visitans (: de quo infra:) jure saltem Comitivæ nos privavit, permittens nihilominus, ut malefactoribus a lata sententia, usque ultimam e carcere eductionem adsistere et opitulari possimus. Verum postea, Dnus Plebanus mandatum Episcopi ad utrumque extendere volens, unius malefactoris accessu nos totaliter præclusit, quod mature nobis notitia non sit facta de condemnato, quem et ad suas partes pertraxit.

Ergo altero quoque casu eveniente, et ad necem damnato ~~fure~~ ob furta, Cive quodam Debreciniense, simulac sententiam in eum esse latam subaudiebamus; Una cum Clarissimo Dno Collega Michaële Füredi, in consessum Comitatensem nosmet conferebamus, declarantes

noxam nobis esse illatam a Rev. Plebano ultra et præter mentem Excellentmi Eppi, mandatum eius latius explicante; proinde nos, facta prævie J. Cottui humillimâ significatione, jure nostro circa malefactorem decedere nolle; ~~sed~~ neque comittere posse, ut usque momentum motionis plaustri, quo educendus sit, ab eo avelli nosmet patiamur. Uno altero que e Comitatensibus repugnante, vicit potiorum Dnorum sententia, nobisque in intento controventum non est. Veritatem dico et non mentior, neque tamen eo ipso mihi adblandior, me solum fuisse, qui Episcopo Illrmo Vatziensi pro conservatione usus nostri in hac materia binis vicibus supplicabam, allegans et Kerskemetiensium exemplum, ab Excelltmo Dno Terrestri nobis imitari permissum; et id potissimum, quod nollet in primo saltem hoc ad nos adpulsu, alia quam gratiosi sui animi (: ut mos est magnatibus :) documenta relinquere. Sed caruit successu supplicatio. Non tamen impossibile erit oppidano Magistratui, indulto Domini Terrestris nixo usum antiquum restituere. Sed animis opus est, et in pia caussa fervido zelo.

Atque hæc quoque adnotasse, olim successoribus nostris profutura, plurimum referre putavi.

Adnotationes Tertiæ

De Visitatione, facta per Excellentissimum ac Reverdmum Episcopum Vatziensem, Anno 1761 diebus 20, 21. Junii.

Facta mentione in superioribus adnotationibus